 Non possumus donec omnia pecco-
 ra congregentur. et admoueamus
 lapidem de ore putei: ut adaquem⁹
 greges. Adhuc loquebantur: et ecce
 rachel ueniebat cum ouibus patris
 sui. Nam gregem ipsa pascebat. Quā
 cum uidisset iacob. et sciret consobri-
 nam suam ouesq; laban auunculi
 sui: amouit lapidem quo puteus
 claudebatur. Et ad aquato grege:
 osculatus est eam. Eleuataq; uoce fle-
 uit. et indicauit ei quod frater esset
 patris ei⁹ et filius rebeccę. At illa festi-
 nans: nunciauit patri suo. Qui cū
 audisset uenisse iacob filium soro-
 ris sue: cucurrit obuiam. Comple-
 xusq; eum et in oscula ruens: du-
 xit in domum suam. Auditis au-
 tem causis itineris: respondit. Os
 meum es: et caro mea. Et postqm̄
 impleti sunt dies mensis unius: di-
 xit ei. Nun quia frater meus es gra-
 tis serues michi? Dic quid merce-
 dis accipies. habebat uero: filias
 duas. Nomen maioris lia: minor
 appellabatur rachel. Sed lia lippis
 erat oculis: rachel decora facie et ue-
 nusto aspectu. Quam diligens iacob:
 ait. Seruiam tibi pro rachel filia
 tua minore: septem annis. Respon-

xxix.

dit laban. Melius est ut tibi eam dem:
quam uiro alteri. Mane apud me.
Seruiuit igitur iacob pro rachel sep-
tem annis. et uidebantur illi pauci
dies pre amoris magnitudine. Dixitq;
ad laban. Da michi uxorem meam:
quia tempus iam expletum est ut
ingrediar ad illam. Qui uocatis mul-
tis amicorum turbis ad conuiuium:
fecit nuptias. Et uespe filiam sua
liam introduxit ad eum: dans an-
cillam filie. zelfan nomine. Ad qua
cum ex more iacob fuisset ingressus.
facto mane uidit liam: et dixit ad
socerum. Quid est quod facere uolu-
isti? Nonne pro rachel seruiui tibi? Qua-
re imposuisti michi? Respondit la-
ban. Non est in loco nostro consuetu-
dinis: ut minores ante tradamus
ad nuptias. Imple ebdomadem die-
rum huius copule: et hanc quoq;
dabo tibi pro opere quod seruitu-
rus es michi septem annis alijs. Ad-
quieuit placito et ebdomade tns
acta. rachel duxit uxorem. Cui pa-
ter seruam balan dederat. Tandemq;
potius optatis nuptijs amorem se-
quentis priori pretulit: seruens
apud eum septem annis alijs. **V**i-
dens autem dñs quod despiceret
liam: aperuit uulnam eius sorore
sterili pmanente. Que conceptum
genuit filium: uocauitq; nomen ei
ruben dicens. Vidit dñs humilita-
tem meam. Nunc amabit me uir
meus. Rursumq; concepit et pepe-
rit filium: et ait. Quoniam audi-
uit dñs haberi me contemptui: de-
dit etiam istum michi. Vocauitq;
nomen eius: simeon. Concepit ter-

cio: et genuit alium. Dixitq;. Nunc qq;
copulabitur michi maritus meus. eo
quod peperim illi tres filios. Et iccir-
co appellauit nomen eius leui. Quar-
to concepit et pepit filium: et ait.
Modo confitebor dño. Et ob hoc uo-
cauit eum iudam. Cessauitq; parere.
Cernens autem rachel quod in se-
cunda esset inuidit sorori: et ait ma-
rito suo. Da michi liberos. Alioquin
moriar. Cui iratus respondit iacob.
Nun p deo ego sum qui priuauit te
fructu uentris tui? At illa. habeo
inquit famulam balam. Ingredere
ad illam: ut pariat sup genua mea.
et habeam ex ea filios. Deditq; illi ba-
lam in coniugium. Que ingressa ad
se uiro. concepit et pepit filium. Di-
xitq; rachel. Iudicauit michi dñs. et
exaudiuit uocem meam: dans michi
filium. Et iccirco appellauit nomen
eius dan. Rursumq; balam concipi-
ens: peperit alterum. Pro quo ait ra-
chel. Comparauit me dñs cum sorore
mea: et inualui. Vocauitq; eum
neptalim. **S**entens lia quod pa-
rere desisset. zelfham ancillam
suam marito tradidit. Qua post
conceptum edente filium: dixit. Fe-
liciter. Et iccirco uocauit nomen ei
gad. Peperit quoq; zelfha alterum:
dixitq; lia. Hoc p benedictione mea.
Beatam quippe me dicent mulieres.
Propterea appellauit eum aser. Egres-
sus autē ruben tempore messis tri-
cie in agrum. reperit mandrago-
ras quas matri lie detulit. Dixitq;
rachel. Da michi partem de mandra-
goris filij tui. Illa respondit. Parūne
tibi uidetur quod preripuerim matri

ritum michi nisi etiam mandragoras
 filij mei tuleris: **A**it rachel. Dormiat
 tecum hac nocte: p mandragoris filij
 tui. Redeunteq; ad uespam de agro
 iacob. egressa est in occursum lia: et
 ait. Ad me inquit intrabis. quia mer-
 cede conduxisti te: p mandragoris filij
 mei. Dormiuit cum ea: nocte illa. Et
 exaudiuit d's preces eius. Conceptitq;
 et peperit filium quintu: et ait. De-
 dit deus mercedem michi: quia dedi
 ancillam meam uiro meo. Appella-
 uitq; nomen illius: isachar. Rursum
 lia concipiens. peperit sextum filium:
 et ait. Ditauit me d's dote bona etia
 hac uice. Mecum erit maritus meus:
 eo quod genuerim ei sex filios. Et ic-
 circo appellauit nomen eius zabulon.
Lxxi. Post quem peperit filiam nomine
 dinam. **R**ecordatus quoq; dñs rache-
 lis exaudiuit eam: et aperuit uulua
 illius. Que concepit et peperit filiu:
 dicens. Abstulit d's obprobrium meum.
 Et uocauit nomen illius ioseph: di-
 cens. Addat michi dñs: filium alteru.
 Nato autē ioseph: dixit iacob socero
 suo. Dimitte me ut reuertar in patri-
 am: et ad terram meam. Da michi
 uxores et liberos meos. p quib; serui-
 ui tibi: ut abeam. Tu nosti seruitute
 qua seruiui tibi. **A**it ei laban. Inuenia
 gram in conspectu tuo. Expimento
 didici: quod benedixerit michi deus
 ppter te. Constitue mercedem tuam
 qua dem tibi. **A**t ille respondit. Tu
 nosti quom seruerim tibi. et quanta
 in manib; meis fuerit possessio tua:
 Modicum habuisti antequam uenire:
 et nunc diues effectus es. **B**enedixitq;
 tibi dñs: ad introitum meum. Iustu

est igitur ut pvideam aliquando
 etiam domui mee. **D**ixitq; laban. Quid
 dabo tibi? **A**t ille ait. Nichil uolo. sed
 si feceris quod postulo. iterum pasca
 et custodiam pecora tua. **G**ira omnes
 greges tuos et separa cunctas oues ua-
 rias et sparso uellere. Et quodcumq;
 rufum et maculosum uariumq; fue-
 rit. tam in ouib; quam in capris: erit
 merces mea. **R**espondebitq; michi.
 cras iusticia mea: quando placiti
 tempus aduenerit coram te. Et om-
 nia que non fuerint uaria et ma-
 culosa et rufa. tam in ouib; quam in
 capris: furti me arguent. **D**ixit laban.
 Gratum habeo quod petis. Et separa-
 uit in die illo capras et oues. hirtos et
 arietes: uarios atq; maculosos. Cunctu
 autem gregem unicolorum id est al-
 bi et nigri uelleris: tradidit in ma-
 nu filiorum suorum. Et posuit spa-
 cium itineris inter se et generu di-
 erum trium: qui pascebat reliquos
 greges eius. **G**ollens ergo iacob uir-
 gas populeas uirides. et amigda-
 linas. et ex platanis: ex parte decor-
 ticauit eas. **D**etractisq; corticibus
 in his que spoliata fuerant candore
 apparuit. **I**lla uero que integra erat:
 uirida p manserunt. **A**tq; in hunc
 modum color effectus est uarius.
Posuitq; eas in canalib; ubi effunde-
 batur aqua. ut cum uenissent gre-
 ges ad bibendum: ante oculos habe-
 rent uirgas. ut in aspectu earum
 conciperent. **F**actumq; est ut in ipso
 calore coitus oues intuerentur uir-
 gas. et parerent maculosa et uaria
 et diuerso colore respisa. **D**iuisitq;
 gregem iacob: et posuit uirgas an-

te oculos arietum. Erant autē alba
queq; et nigra laban. cetera uero ia
cob separatis inter se gregib;. Igitur
quando primo tempore ascende
bantur oues. ponebat iacob uirgas
in canalibus aquarum ante oculos
arietum et ouium. ut in earum con
templatione conciperent. Quando
uero serotina admissura erat et con
ceptus extremus. non ponebat eas.
Factaq; sunt ea que erant serotina
laban. et que primi temporis iacob.
Diciturq; est homo ultra modum.
et habuit greges multos. ancillas
et seruos. camelos et asinos. **P**ost
quam autem audiuit uerba filio
rum laban dicentium. tulit iacob
omnia que fuerunt patris nostri.
et de illius facultate ditatus factus ē. in
ditus. anāduerit quoq; faciem
laban quod non esset erga se sicut
heri et nudius tertius. maxime di
cente sibi dño: reuertere in terram
patrum tuorum. et ad generatio
nem tuam eroq; tecum. misit et
uocauit rachel et liam in agrum
ubi pascebat greges. Dixitq; eis. Vi
deo faciem patris uestri quod non
sit erga me sicut heri et nudius ter
tius. Deus autem patris mei fuit
merum. Et ipse nostis quod totis
uiribus meis seruerim patri ue
stro: sed pater uester circumuenit
me. et mutauit mercedem meam
decem uicibus. et tamen non dimi
sit eum deus ut noceret michi. Si
quando dixit uarię erunt merce
des tue. pariebant omnes oues uari
os fetus. Quando uero e contrario
ait. alba queq; accipies pro mercede.

omnes greges alba pepererunt. Tulitq;
deus substantiam patris uiri: et dedit
michi. Postquam enim conceptus
ouium tempus aduenerat. leuaui
oculos meos et uidi in somnis ascen
dentes mares sup feminas uarios et
maculosos. et diuersorum colorū.
Dixitq; angelus domini ad me: in
sommis. Iacob. Et ego respondi. Ad
sum. Qui ait. Leua oculos tuos: et
uide uniuersos masculos ascenden
tes sup feminas. uarios resperfos atq;
maculosos. Vidi enim omnia que
fecit tibi laban. Ego sum deus be
thel: ubi unxisti lapidem. et uotū
uouisti michi. Nunc ergo surge et
egredere de terra hac: reuertens in
terra natiuitatis tue. Responderunt
rachel et lia. Nunquid habemus re
sidui quicquam in facultatib; et he
reditate domus patris nostri: Non
ne quasi alienas reputauit nos et
uendidit comediq; precium nr̄m?
Sed deus tulit opes patris nostri: et
nobis eas tradidit ac filiis nr̄is. Vn
de omnia que precepit tibi d̄s fac.
Surrexit itaq; iacob. et impositis
liberis et coniugib; suis sup came
los abiit. tulitq; omnem substanti
am et greges et quicquid in mesopo
tania adquisierat: pergens ad isaac
patrem suum in terra chanaan.
Eo tempore laban ierat ad tonden
das oues: et rachel furata est idola
patris sui. Noluitq; iacob confiteri
socero suo quod fugeret. Cumq; ab
isset tam ipse quam omnia que ui
ris eius erant. et amne transmissio p
geret contra montem galaad: nuci
atum est laban die tercio quod fu

geret iacob. Qui assumptis fratribus
suis psequutus est eum dieb; septē:
et comprehendit eum in monte ga
laad. Uiditq; in somnis dicentē sibi
deum. Caue ne quicqm̄ aspere loq̄
ris contra iacob. Iamq; iacob exten
derat in monte tabernaculum. Tū
ille consequutus eum fuisset cum
fratrib; suis. in eodem monte gala
ad fixit tentorium. Et dixit ad ia
cob. Quare ita egisti. ut clam me ita
abigeres filias meas quasi captiuas
gladio. Cur ignorante me fugere
uoluisti nec indicare michi. ut pro
sequerer te cum gaudio et canticis
et tympanis et cythara. Non es pas
sus ut oscularer filios meos ac filias.
Scilicet operatus es. Et nunc quidem
ualet manus mea reddere tibi malū:
sed deus patris tui heri dixit michi.
caue ne loquaris cum iacob: quicqm̄
durius. Esto. ad tuos ire cupiebas:
et desiderio tibi erat domus patris
tui. Cur furatus es deos meos. Res
pondit iacob. Quod inscio te pfectū
sum: timui ne uolenter auferres
filias tuas. Quod autem furti me
arguis: apud quemcumq; inuene
ris deos tuos. necetur coram fratrib;
nr̄is. Scrutare. Quicquid tuoz apd
me inueneris: et aufer. hec dicens.
ignorabat quod rachel furata esset
idola. Ingressus itaq; laban taberna
culum iacob et hę et utriusq; famu
le: non inuenit. Cumq; intrasset ten
torium rachelis. illa festinans ab
scondit idola subter stramenta ca
meli: et sedit desup. Scrutantaq;
omne tentoriū et nichil inuenti:
ait. Ne nascatur dñs meus qd' corā

te assurgere nequeo. quia iuxta con
suetudinem feminarum nunc ac
cidit michi. Sidelusa sollicitudo
querentis est. Tūmensq; iacob cum
iurgio ait. Quam ob culpam meā.
et ob quod peccatū meum sic exarsi
sti post me. et scrutatus es omnem
supellectilem meam. Quid inue
nisti de cuncta substantia domus
tuę. Pone hic coram fratrib; meis
et fratrib; tuis: ut iudicent inter
me et te. Icaro: uiginti annis fui
tecum. oues tuę et capre steriles n̄
fuerunt. Arietes gregis tui non co
medi: nec captum a bestia ostendi
tibi. Ego dampnū omne reddebā.
Quicquid furto periebat: a me ex
gebas. Die noctuq; estu urebar: et
gelu. Fugiebatq; somnus ab oculis
meis. Sic per uiginti annos: in do
mo tua seruiui tibi. Quatuorde
cim pro filiab;: et sex pro gregibus
tuis. Immutasti quoq; mercedem
meam decem uicibus. et nisi d's pa
tris mei abraham. et timor isaac af
fuisset michi: forsitan modo non
dum me dimisses. Afflictionem
meam. et laborum manuum mea
rum respexit deus: et arguit te
heri. Respondit ei laban. Filie meę.
et filij mei. et greges tui: et omnia
quę cernis mea sunt. Quid possū
facere filijs. et nepotibus meis. Veni
ergo et incamul sedus: ut sit in te
stimonium inter me et te. Tulit
itaq; iacob lapidem: et erexit illū
in titulum. Dixitq; fratrib; suis Af
ferte lapides. Qui congregantes. fe
cerunt tumulum. Comederuntq;
sup eum. Quem uocauit laban tu

mulus testis. et iacob aceruum testi-
 monij: uterq; iuxta proprietate lin-
 gue sue. Dixitq; laban. Tumulus iste
 testis erit inter me et te hodie. Et ic-
 circo appellatum est. nomen eius ga-
 laad: id est tumulus testis. Intueat
 dñs et iudicet inter nos quando re-
 cesserimus a nobis: et si afflexeris fili-
 as meas. et si introduxeris uxores ali-
 as sup eas. Nullus sermone nostri te-
 stis est: absq; deo qui presens respicit.
 Dixitq; rursus ad iacob. En tumulus
 hic et lapis quem erexi: inter me et te
 testis erit. Tumulus inquam iste et la-
 pis sint in testimonio: si aut ego tran-
 siero illum pgenis ad te. aut tu prete-
 rieris malum michi cogitans. Deus
 abraham et dñs nachor iudicet inter
 nos: deus patris eorum. Iurauit ia-
 cob per timorem patris sui isaac. Im-
 molatisq; uictimis in monte uocauit
 fratres suos. ut ederent panem. Qui
 cum comedissent: manserunt ibi.
 Laban uero de nocte consurgens of-
 culatus est filios et filias suas et be-
 nedixit illis: reuersusq; est in locum
 suum. Iacob quoq; abiit itinere quo
 cepat. **F**ueruntq; ei obuiam ange-
 li dei. Quos cum uidisset: ait. Castra
 dei sunt hec. Et appellauit nomen
 loci illius manaim. id est castra. Mi-
 sit autē et nuncios ante se ad esau
 frēm suum: in terram seir regionis
 edom. Precepitq; eis dicens. Sic loq-
 mini dño meo esau. Hec dicit frater
 tuus iacob. ^{nomi} Apud laban pegrinat-
 sum: et fui usq; in presentem diem.
 Habeo boues et asinos. oues et ser-
 uos atq; ancillas. Mittoq; nūc lega-
 tionem ad dominum meum: ut

inueniam grām in conspectu tuo.
 Reuersiq; sē nuntij ad iacob: dicen-
 tes. Uenimus ad esau frēm tuum:
 et ecce properat in occursum tibi
 cum quadringentis uiris. Timuit
 iacob ualde: et perterritus diuisit
 poplū qui secum erat. greges et oues
 et boues et camelos in duas turmas:
 dicens. Si uenerit esau ad unam tur-
 mam et percusserit eam: alia turma
 que reliqua est. saluabitur. Dixitq;
 iacob. Deus patris mei abrahā et dñs
 patris mei isaac. dñe qui dixisti michi
 reuertere in terram tuam. et in locū
 natiuitatis tue. et benefaciam tibi:
 minor sum cunctis miserationibus
 et ueritate quam explesti seruo tuo.
 In baculo meo transiui iordanē istū:
 et nunc cum duabus turmis regredi-
 or. Erue me de manu frīs mei de ma-
 nu esau: quia ualde eum timeo. ne
 forte ueniens percipiat matrem cum
 filiis. Tu loquutus es quod bene mi-
 chi faceres: et dilatares semen meū
 sicut harenam maris que p̄ mul-
 titudine numerari non potest. Cūq;
 dormisset ibi nocte illa: separauit
 de his que habebat munera esau
 fratri suo. Capras ducentas. hircos
 uiginti. oues ducentas. arietes ui-
 ginti. camelos fetas cum pullis suis
 triginta. uaccas quadraginta. et
 tauros uiginti. asinas uiginti. et pul-
 los earum decem. Et misit p̄ manus
 seruorum suorum singulos seorsū
 greges: dixitq; pueris suis. Antecedi-
 te me: et sit spaciū inter gregem.
 et gregem et precepit priori dicens.
 Si obuium habueris esau frēm me-
 um et interrogauerit te tu quis es.

et quo uadis. et cuius sunt ista que sequeris: respondebis. Serui tui iacob. Munera misit dño meo esau. Ipse q̄q; post nos uenit. Similiter mandata dedit secundo ac tertio. et cunctis qui sequebantur greges: dicens. Hisdem uerbis loquimini ad eum. cum inuenieritis eum. Et addidit. Ipse quoq; seruus tuus iacob: iter nr̄m insequitur. Dixit enim. Placabo illum muneribus: que precedunt: et postea eum uidebo. Forsitan p̄cipiabitur michi. Precesserunt itaq; munera ante eum: ipse uero mansit nocte illa in castris. Cumq; mature surrexisset: tulit duas uxores suas. et totidem famulas cum undecim filiis. et transiit uadum iacob. Transductisq; omnibus que ad se ponebant: remansit solus. Et ecce uir luctabatur cum eo: usq; mane. Qui cum uideret quod eum superare non posset: tetigit neruum femoris eius. et statim emarcuit. Dixitq; ad eum. Dimitte me. Jam enim ascendit aurora. Respondit. Non dimittam te: nisi benedixeris michi. Ait ergo. Quod nomen est tibi? Respondit. Iacob. Ait ille. Nequaquam inquit iacob appellabitur nomen tuum sed isrl̄: quoniam si contra deum fortis fuisti. quantomagis contra homines preualebis: Interrogauit eum iacob. Dic michi quo appellaberis nomine? Respondit. Cur queris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco. Vocauitq; iacob nomen loci illius phanuel dicens. Uidi dñm facie ad faciem: et salua facta est anima mea. Ortq; est ei statim sol: postquã transgressus est

phanuel. Ipse uero claudicabat pede. Qm̄ ob causam non comedunt filij isrl̄. neruum qui emarcuit in femore iacob usq; in presentem diem: eo quod tetigerit neruum femoris eius. et obstupuerit. Leuans autem iacob oculos suos uidit uenientem esau: et cum eo quatringsentos uiros. Diuisitq; filios he et rachel. ambarumq; famularum: et posuit utramq; ancillam et liberos earum in principio. Liam uero et liberos ei in secundo loco: rachel autē et ioseph nouissimos. Et progrediens adorauit p̄nus in terrā septies: donec appropinquauit fratri eius. Currens itaq; esau obuiam fratri suo: amplexatus est eum. Stringensq; collum eius. et osculans: fleuit. Leuatisq; oculis uidit mulieres et paruulos earum: et ait. Quid sibi uolunt isti. et si ad te ponent? Respondit. Paruuli sunt: quos donauit d̄s michi seruo tuo. Et appropinquantes ancille et filij earum: incuruati sunt. Accessitq; lia cum liberis suis. Et cum similiter adorassent. extremi ioseph et rachel: adorauerunt. Ait esau. Que nam sunt inquit iste turme quas obuiam habui? Respondit. Ut inuenirem gr̄am: coram dño meo. Et ille. Habeo aut plurima frater mihi: tunc tibi. Dixit iacob. Noli ita obsecro: sed si inueni gratiam in oculis tuis. accipe munusculū de manibus meis. Sic enim uidi faciem tuam: quasi uiderem uultum dei. Esto michi p̄cipuus. et suscipe benedictionem quam attuli tibi. et quã donauit michi d̄s tribuens omnia. Uix fratre compellente suscipiens:

xxxiii.

ait. Gradiamur simul: et ero socius
 itineris tui. Dixitq; iacob. Nosti dñe
 mi quod paruulos habeam teneros.
 et oues ac boues fetas mecum. Quas
 si plus in ambulando fecero laborare:
 morientur in una die cuncti greges.
 Precedat dñs meus ante seruum su-
 um: et ego sequar paulatim uestigia
 eius. sicut uidero posse paruulos
 meos: donec ueniam ad dñm meū
 in seir. Respondit esau. Oro te ut
 de populo qui mecum est: saltem
 socij remaneant uie tue. Non est
 inquit necesse. Hoc uno indigeo:
 ut inueniam grām in conspectu do-
 mini mei. Reuersusq; est itaq; in
 illo die esau: itinere quo uenerat
 in seir. **E**t iacob uenit in sochot.

7. lxx.

Vbi edificata domo. et fixis tentorijs:
 appellauit nomen loci illius sochot.
 id est tabernacula. Transiuitq; in
 salem urbem sichimorū que est in
 terra chanaān. postq̄m reuersus
 est de mesopotamia sirię: et habi-
 tauit iuxta oppidum. Emitq; par-
 tem agri in qua fixerat tabernacu-
 la: a filijs emor patris sichem. cen-
 tum agris. et erecto ibi altare. in-
 uocauit sup illud fortissimū deū
 isrl. Egressa est autē dina filia lie-
 ut uideret mulieres regionis illius.
 Quem cum uidisset sichem filius
 emor. cuius princeps terre illius: ad-
 amauit et rapuit. et dormiuit cū
 illa. in opprimens uirginem. Et con-
 glutinata est anima eius cum ea:
 tristeq; blanditijs linuit. Et per-
 gens ad emor patrem suū: accipe
 michi inquit puellā hanc coniugē.
 Quod cum audisset iacob absentib;

filijs et in pastu occupatis peccozum:
 siluit donec redirent. Egresso autē
 emor patre sichem ut loqueret̄ ad ia-
 cob: ecce filij eius ueniebant de agro.
Auditoq; quod acciderat nati sunt
 ualde: eo quod sedam rem esset ope-
 ratu in isrl. et uiolata filia iacob
 rem illicitam ppetrasset. Loquutus
 est itaq; emor ad eos. Sichem filij mei adbe-
 sit aīa filie ur̄e. Date eam illi uxo-
 rem: et iungamus iustissim conubia.
 Filias ur̄as tradite nobis. et filias
 nostras accipite: et habitate nobis
 cum. Terra in potestate nr̄a est: ex-
 ercite negociamini. et possidete eā.
 Sed et sichem ad patrem et ad fra-
 tres eius: ait. Inueniam grām coram
 uobis: et quecumq; statueritis dabo
 uobis. Augere dotem: munera postu-
 late. Libens tribuam qd̄ petieritis: tan-
 tum date michi puellam hanc uxo-
 rem. Responderunt filij iacob sichē
 et patri eius in dolo: se uentes obstu-
 prum sororis. Non possumus face-
 re qd̄ petitis nec dare sororem no-
 stram homini incircumciso quod
 illicitū et nefarium est apud nos.
 Sed in hoc ualebimus federari: si
 esse uolueritis nostri similes et cir-
 cumcidatur in uobis omne mascu-
 lini sexus. tunc dabimus et accipie-
 mus mutuo filias nr̄as. ac ur̄as.
 et habitabimus uobiscū. erimusq;
 unus popl̄s. Sin autē circumcidi no-
 lueritis: tollemus filiam nr̄am et
 recedemus. Placuitq; oblatio eorū
 emor et sichem filio eius. Nec distu-
 lit ad olescens: quin statim qd̄ pete-
 batur expleret. Amabat enim pu-
 ellam ualde: et ipse erat inditus

at xxxiiii

xxxv

in omni domo patris sui. Ingressiq;
portam urbis loquuti sunt populo.
Viri isto pacifici sunt: et uolunt ha-
bitare nobiscum. Negocientur in ter-
ra. et exerceant eam: que spaciola et
lata cultorib; indiget. Filias eoru ac-
cipiemus uxores. et nras illis dabim?
Unum est qd differtur tantum bo-
num. si circumcidamus masculos no-
stros ritum gentis imitantes. Et sub-
stantia eorum et pectora eoru et cun-
cta que possident nra erunt tantu
in hoc adquiescamus. et habitantes
simul unum efficiemus poplin. Ad-
senserunt omnes: circumcisit cum-
dis maribus. Et ecce die tertio quan-
do grauissimus uulnerum dolor
est: arreptis duo iacob filij symeon
et leui fratres dinc gladijs. ingressi
sunt urbem confidenter. Interfectisq;
omnib; masculis emor et sichein pa-
riter necauerunt: tollentes dinam
de domo sichein sororem suam. Qui-
bus egressis irruerunt sup occisos
ceteri filij iacob: et depopulati sunt
urbem. in uitionem stupri. oues eoz
et armenta. et asinos cuictaq; uastan-
tes: que in domib; et in agris erant.
paruuolos quoq; et uxores eorum:
dixerunt captiuas. Quib; patris
audacter: iacob dixit ad symonem
et leui. Turbastis me: et odiosum fe-
cistis chananeis et pherezis. habi-
tatorib; terre huius. Nos pauci su-
mus. illi congregati percutient me:
et delebor ego. et domus mea. Respo-
derunt. Nunquid ut scorto abuti
debuere sorore nra: **I**nterea lo-
quutus est dñs ad iacob. Surge et
ascende bethel et habita ibi: facq;

altare deo qui apparuit tibi. quando
fugebas esau frēm tuum Jacob uero
conuocata omni domo sua: ait. Ab-
icite deos alienos qui in medio uestri
sunt: et mundamini ac mutate ue-
stimenta ura. Surgite et ascendamus
in bethel: ut faciamus ibi altare dño
qui exaudiuit me. in die tribulatio-
nis mee. et fuit socius itineris mei.
Dederunt ergo ei omnes deos alienos
quos habebant: et in aurel que erant
in aurib; eoru. At ille infodit ea sub-
ter terebinthum que est post urbē
sichein. Cumq; pfecta essent: terror
dei inuasit omnes p circuitum ciui-
tates. et non sunt ausi psequi. rece-
dentes. **V**enit igit iacob luzam q
est in terra chanaan cognomento
bethel: ipse et omnis popls cum eo.
Edificauitq; ibi altare. et appellauit
nomen loci domus dei. Ibi enim ap-
paruit ei ds: cum fugeret frēm suū.
Eodem tempore mortua est delbora
nutrix rebecca. et sepulta ad radices
bethel: subter quercum. uocatumq;
est nomen loci. quercus fletus. Appa-
ruit autē iterum ds iacob. Postquā
reuerfus est de mesopotamia sirie: et
benedixit ei dicens. Non uocaberis
ultra iacob: sed isrl' erit nomen tu-
um. Et appellauit eum isrl'. Dixitq;
ei. Ego deus omnipotens. Cresce:
et multiplicare. Gentes et populi
nationū: ex te erunt. Reges de lū-
bis tuis egredientur: terramq; qm
dedi abraham et ysaac dabo tibi
et semini tuo post te. Et recessit ab
eo. **I**lle uero erexit titulum lapi-
deum in loco quo loquutus ei fue-
rat ds: libans sup eum libamina.

xxxv. l. l.

lxxii. co.

et effundens oleum. uocansq; nomen loci bethel. Egressus inde: uenit uero tempore. ad terram que ducit ephratam. In qua cum paruireret rachel: ob difficultate partus periditari cepit. Dixitq; ei obsterix. Noli timere: quia et hunc habebis filium. Egrediente autem anima pre dolore et imminente iam morte: uocauit nomen filij sui benoni. id est filius doloris mei. Pater uero appellauit eum beniamin: id est filius dextere. Mortua est autem rachel. et sepulta in uia que ducit ephratam. hec est bethleem. Erigitq; iacob titulum sup sepulchrum eius. Hic est titulus monumti rachel: usq; in presentem diem. Egressus inde fixit tabernaculu trans turrem gregis. Cumq; habitaret in illa regione: abiit ruben et dormiuit cum bala concubina patris sui. Quod illum minime latuit. Erant autem filij iacob: duodecim. Filij lie: primogenitus ruben. et simeon. et leui. et iudas. et isachar. et zabulon. Filij rachel: ioseph. et beniamin. Filij bale ancille rachelis: dan. et neptalim. Filij zephe ancille lie: gad. et aser. Hii filij iacob: qui nati sunt ei in mesopotamia sirie. Venit etiam ad isaac patrem suum in mambre ciuitatem arbee hec est ebron: in qua peregrinatus est abraham et isaac. Completi sunt dies isaac: centum octoginta annorum. Consumptusq; etate mortuus est et appositus populo suo: senex et plenus dierum. Et sepelierunt eum esau et iacob: filij sui. **H**ec sunt autem generationes esau. ipse est edom. Esau accepit

uxores de filiabus: chanaan: ada filiam elom ethei. et oolibama filiam anee filij sebeon euqi. basemath quoq; filiam ismahel sororem nabaioth. Peperit autem ada eliphaz. Basemath genuit raubel. Oolibama edidit hieus. et hielon. et chore. Hii filij esau: qui nati sunt ei in terra chanaan. Gubit autem esau uxores suas. et filios et filias. et omnem animam domus sue. et substantiam. et peccora. et cuncta que habere poterat in terra chanaan. et abiit in alteram regionem: recessitq; a fratre suo iacob. Diuites enim erant ualde: et simul habitare non poterant. nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum pre multitudiue gregum. Habitauitq; esau in monte seir. ipse est edom. Hec sunt generationes esau patris edom in monte seir: et hec nomina filiorum eius. Eliphaz filius ada uxoris esau. Raubel quoq; filius basemath uxoris eius. Fueruntq; filij eliphaz. theman. omar. sephuc. et gatham. et cenez. Erat autem chamna concubina eliphaz filij esau que pepit ei amalech. Hii sunt filij ade uxoris esau. Filij autem rabuel naath et zara. semma. et meza. Hii filij basemath. uxoris esau. Isti quoq; erant filij oolibama filie ana filie sebeom uxoris esau. quos genuit ei iheus. et ihelom. et chore. **H**ii duces filiorum esau. Filiorum esau. Filij eliphaz primogeniti esau: dux theman. dux omor. dux sephu. dux cenez. dux chore. dux dathan. dux amalech. Hii filij eliphaz. in terra edom: et hii filij ade. Hii quoq; filij rabuel filij esau.

Lxxiii. xxxvi.

dux naath. dux zara. dux semma. dux
meza. Hii duces rahuel in terra edo.
Isti filij basemath uxoris esau. Hii au-
tem filij oolibama uxoris esau. dux
ibeus. dux ibelom. dux chore. Hii du-
ces oolibama filie ana uxoris esau.
Isti filij esau. et hii duces eorum. ipse e.
edom. Isti filij seir horrei habitatoris
terre: lotham. et sobal. et esebeon.
et anan. dison et seth. et disan. Hii du-
ces horrei filij seir in terra edom. Facti
sunt autem filij lotham: horrei. the-
mam. Erat autem soror lotham. tha-
ma. et isti filij sobal aluam et mane-
eth. et hebal. sepbi. et onam. et hii
filij sebeon. achala. et anam. Iste est
ana qui inuenit aquas calidas in so-
litudine cum pasceret asinos sebeon
patris sui. habuitque filium disan. et
filium oolibama. Et isti filij disan. **Lxxvi.**
amdan. et esban. et iethram. et caran.
Hii quoque filij eser: balaan. et zeuan.
et acham. habuit autem filios disan:
hus. et aran. Isti duces horreorum. dux
lothan. dux sobal. dux sebeon. dux
ana. dux dison. dux eser. dux disan.
Isti duces horreorum qui impaue-
runt in terra seir. **Reges** autem
qui regnauerunt in terra edom an-
tequam haberent regem filij isrl.
fuerunt hii. Balac filius beor. no-
menque urbis eius denaba. Mortu-
us est autem balac. et regnauit pro
eo iobab filius zare. de bosra. Cumque
mortuus esset iobab. regnauit pro
eo husan de terra themanorum.
hoc quoque mortuo: regnauit pro
eo adad filius badadi. qui percussit
madian in regione moab. Et no-
men urbis eius abuh. Cumque mor-

tuus esset adad. regnauit pro eo sem-
ladema sereta. hoc quoque mortuo:
regnauit pro eo saul de fluuio ro-
oboth. Cumque et hic obisset: succes-
sit in regnum balanam filius acho-
bor. Isto quoque mortuo: regnauit pro
eo adad. nomenque urbis eius phau.
et appellabatur uxor illius mezabel
filia matted filie amizaad. Hec ergo
nomina ducum esau in cognatio-
nibus et locis et uocabulis suis. Dux
tamna. dux alua. dux iethceth. dux
oolibama. dux elad. dux phison. dux
cenez. dux theman. dux mabsar. dux
mabdiel. dux nam. Hii duces edom
habitant in terram imperij sui.
Ipsa est esau pater idumeorum. habi-
tauit autem iacob in terra chanaan.
in qua peregrinatus est pater suus:
et hec sunt generationes eius. **Ioseph**
cum sexdecim esset annorum pascebat
gregem cum fratribus suis ad huc puer.
et erat cum filiis bale et zelphe uxo-
rum patris sui. Accusauitque fratres suos
apud patrem: crimine pessimo. Iste
autem diligebat ioseph super omnes
filios suos: eo quod in senectute genu-
isset eum. Fecitque tunicam polimitam.
Videntes autem fratres eius quod a patre
plus cunctis filiis amaretur: oderant
eum. nec poterant ei quicquam paci-
cum loqui. Accidit quoque ut uisum
somnia referet fratribus suis. Que cau-
sa: maioris odij seminarium fuit.
Dixitque ad eos. Audite somnium me-
um quod uidi. Putabam ligare
nos manipulos in agro: et quasi
confergere manipulum meum
et stare. uestrosque manipulos cir-
cumstantes adorare manipulum

Lxxvii.